


24

OBSERVAT. SIDEREÆ

C.E. vero 1000. pars autem vigesima totius. *C.F.* miliaria 100. Sit modo *C.F.* Dimetiens circuli maximi



luminosam Lunæ partem ab obscura diidentis (*ob maximam enim elongationem Solis a Luna hic circulus a maximo sensibiliter non differt*) ac secundum vigesimam illius partem distet *A.* a puncto *C.* & protrahatur semidiameter *E.A.* qui extensus occurrat cum contingente *G.C.D.* (quæ radiū illuminantē representat) in pūcto *D.* erit igitur arcus *C.A.* seu recta *C.D.* 100. qualiū *C.E.* est 1000. & aggregatū quadratorū *D.C.C.E.* 1010000. cui quadratū *D.E.* æquale est: tota igitur *E.D.* erit plusquā 1004. & *A.D.* plusquā 4. qualiū *C.E.* fuit 1000. Sublimitas igitur *A.D.* in Luna, quæ verticē quempiā ad vsq; Solis radiū *G.C.D.* elatū, & a termino *C.* per distantiam *C.D.* remotū, designat, eminentior